Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ualet deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis pas-
sibilis. Et oratione orauit ut non pluuat super terram. Et non pluit an-
nos tres et menses sex. Et iterum orauit. Et celum dedit pluuias et ter-
ra dedit fructum suum. Si quis autem ex uobis a ueritate et
conuertat quis eum fuerit debet quoniam qui conuertit peccatorem ab
errore uie sue saluabit animam eius a morte et operit multitu-
dinem peccatorum. Sedm lucam.

Illo t. D.d.i.d.s. Quis uestrum habebit amicum et ibit ad illum
media nocte. et dicet illi. Amice accommoda mihi tres panes
quoniam amicus meus uenit de uia ad me et non habeo quod ponam
ante illum. Et ille deintus respondens dicat. noli michi molest
us esse iam ostium clausum est. et puer meus mecum sit in cubiculo non
possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauit pulsans. dico
uobis et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit.
propter importunitatem tamen eius surget. et dabat illi quotquot habet necessa-
rios. Et ego uobis dico. Petite et dabitur uobis. querite et inuenietis.
pulsate et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui que-
rit inuenit et pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patre petit
panem. numquid lapidem dabit illi. Aut piscem. numquid pro
pisce serpentem dabit illi. Aut si petierit ouum. numquid porri-
get illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona da-
ta dare filiis uestris. quanto magis pater uester de celo dabit spiritum
bonum petentibus se. In uigilia Ascensionis. Ad Ephesios.

Fratres. Unicuique autem data est gratia. secundum mensuram do-
nationis xpi. Propter quod dicit. Ascendens in altum cepti-
uam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quod autem
ascendit quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes
terre. Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos. ut
adimpleret omnia. Et ipse ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam